Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36452
Copyright: Melk, Benediktinerstift

et ego credam. Hermes dixit. Scs alexan
der qui habet in vinculis hoc me docuit.
Audiens hec quirinus maledicere cepit alex
andro dicens. Dne mi vir illustris hermes
recipe prefecturam tuam. redi ad mentem tuam.
recipe patrimonium tuum. recipe familiam tuam
recipe domus ornatum. Ad hoc enim misit me do
minus meus comes aurelianus utriusque mi
licie: ut si sacrificare volueris prefecturam
tuam non deseras: sed ut etiam de hiis te
vindices qui inimicicias contra te habentes
insultant casibus tuis. Hermes dixit. Ho
me permisisti loqui tibi: quod ut loquerer
tu voluisti. Dicit ei quirinus. Ego te inter
rogavi dicens. Fac me probare iuste te cre
didisse: et tu nominasti mihi hominem magum
quem ego in vinculis habeo. et in carceris ima
conclusum. Et ideo mox ut mihi nomen sce
lerati hominis nominasti per quem iam deceptus
es: audire te amplius non potui. video
enim me rusticanum. quia si a lamardaco in
ductum. qui et te et seipsum decepit homo miser
rimus in vinculis et in tenebris constitutus.
et forsitan flammis pro suis sceleribus exurendus.
sed si quid potest liberet te et se. Hermes
dixit. Dno meo ihu xpo iudei posito in cruce
dicebant. Si quid potest descendat de cruce et
credimus ei. Ille autem sciptor eorum non exhorruis
set plenum squalore et perfidia: et vidisset ne
eos velle credere. sine dubio descendisset.
Quirinus dixit. Si verum dicis. ego vado ad eum
et dico illi. Si vis ut credam te verum dei esse pro
tonem. et verum deum esse quem colis. aut te
apud hermen. aut hermen apud te inveni
am. et omnia que mihi dixerit credam. Her
mes dixit. Ita fiat. Dicit ei quirinus. Vade
ergo modo super eum. et vincula triplicabo et
custodes: dicamque illi ut apud te inveniam
cenandi hora: et si hoc potuerit facere per
totam noctem. credam que me potuerit edo
cere. Cumque isset et hoc dixisset tribunus
sco alexandro. et triplicasset ei custodes et
claustra. mittens se alexander in oratio
nem dixit. Dne ihu xpe qui me in kathe
dram apli tui petri sedere fecisti: precor mihi ut
salva passione mittas ad me angelum tuum.
qui me hodie vespertino tempore perducat ad
famulum tuum hermen. et iterum matutino huc
revocet me nemine sentiente. usque dum
ego redeam. Primo igitur nocturno silencio af
fuit puer faculam ferens ardentem in carce
rem. dixitque sco alexandro. Sequere me.
At ille respondit. Vivit dns meus ihc xpc:
quia si non mecum flexeris genua. et oracionem
dni mei ihu xpi dixeris. non sequar te.
Puer autem qui videbatur non amplius quam
quinque annorum. flectens genua sua oravit
dimidiam fere horam. et surgens dixit o
racionem dnicam. Et apprehendens manum
eius dexteram. perduxit eum ad fenestram
que erat clausa. et quasi hostium aperuit eam:
et perduxit eum ad hermen in domum quiri
ni inclausum cubiculum. Et veniens post
quirinus aperuit: et inveniens eos simul ex
tensis manibus orantes. et faculam ardentem
videns exterritus est. Cumque viderent eum
illi amentem effectum. dixerunt ad eum. Quo
ex fide hanc diffinicionem habuisti in corde
tuo. ut si nos qui separati sumus corporibus. animo
tamen eramus coniuncti. eciam si corpore sociatos
videres crederes. ecce vidisti nos. crede nunc.
Sed ne putes quod nostre evasionis causa nos
tibi a vinculis absolutos ostendimus: quos
iterum mane invenies ut ipse vinxisti. sed
tue magis liberacionis causa factum est:
ut credas xpm filium dei esse verum deum
qui exaudivit sperantes in se: et quicquid ab eo
postulaveris accipies. Dicit eis quirinus. Hoc
potuerunt facere etiam artes magice. Re
spondit ei hermes. Numquid nostra voluntate